



**In Hoc Libello Pontificii Ora||toris continetur legatio, in  
co[n]uentu Norembergensi,|| Anno. M. D. xxij. inchoato,  
sequenti vero finito ex-||posita, vna cum instructione ab  
eodem legato|| ...**

**Hadrian <VI., Papst>**

**Norembergæ, 1523**

**VD16 K 320**

41 Qvomodo Episcopi Bona Hereditaria ecclesiasticorum ad se trahere  
conentur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65406](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-65406)

gulariter personis laicis, vnc̄ distracti aut vendi possint, & tamen ecclesiastici, nulla cogente necessitate, sed tantū, vt eos cum res familiaris reddatur lautior, crescent̄ censu, nunq̄ non cessant, laicorū prædia emptionibus, innumerisq; alijs modis ad se pellicere, si qua tandem sit possibile via. Quod ipsum quoq; statibus laicis graue, dānosum, ac intolerabile est. Quam ob rem Sa. Ro. Impe. Status laici reipub. Germanorum vtile, necessariumq; putauerūt, si omnia bona immobilia, soli, s. quæ posthac aliquo quocunq; tandem titulo a laicis ad ecclesiasticos peruenirēt, possent a laicis superiorib;, quorum ditioni predia hæc subiecta forent, tandem ab ecclesiasticis redimi, lui, atq; iusto precio vendicari, nō considerato, quicquid cōtra hoc priuilegiorū prætēderent ecclesiastici.

### QVOMODO EPISCOPI BONA HEREDITARIA

ecclesiasticorum ad se trahere conentur.

Nec raro & illud facto contigit, q; quum personæ ecclesia sticæ bona hæreditario titulo, a maioribus suis, vna cum cæteris cohæredibus, iure hæreditario sibi forte usurparent, ac si dehinc intestati deceſſissent ecclesiastici, tum per episcoporum nonnullos sibiipsis bona illa hæreditaria laicorum vendicari cæperunt, non in mediocrem proximorum venientium ab intestato cognatorum perniciem ac iacturam. Quæ res ipsa quoq; laicis non ferēda, immo omnimodo onerosa, intolerabilisq; est.

### QVO INGENIO BONA QVAEDAM LAICA

quæ ecclesijs, aut alijs religiosis domibus certis pactionibus vendita sunt, vel hypothecata, ditioni Ecclesiasticæ subiugari conentur.

Ad hæc, si quando casu ita contingit, q; bona laica temporali iurisdictioni subiecta, fructibus, redditibus, censibus ue annuis ecclesijs, ac cæteris religiosis domibus legentur, vendantur, hypothecantur, aut quoquis alio titulo tradantur, vel a laicis erga ecclesiias ac monasteria annuo censu tributa-

D ij